



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6. Vtrum per eam fuerit Christus adeptus exaltationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

nem est aperire ianuam regni celorum; sed Christus per suam passionem abstrulit omne peccatum quo ad omnia. ergo. Maior probatur ab opposito; quia clausio regni celorum nihil aliud est, quam obstaculum peccati quo impeditur a celo. Probatur auctoritate Ilae. Minor probatur auctoritate Apostoli. Secundo, manifestatur conclusio ex figura effectus mortis summi facerdotis legatis. Adverte hic tria. Primo, quod clausio regni celorum est privatio divinae fructio- nis post hanc vitam non qualisvisque, sed ex tali orta; & fuit causa, scilicet ex peccato. Et propterea aperire caelum, nihil aliud est quam tollere peccatum; tam quo ad culpam, quam quo ad penam: sublaro siquidem sic peccato manifestum est quod tollitur fructio- nis privatio, ut pena peccati, ac per hoc simpliciter tollitur, quia non nisi ut penam retinebat privationem illam divina benignitas. Secundo, quod Christus sua passione liberavit membra sua ab omni & culpa & poena: quoniam ut Apostolus dicit, abundans est Christi donum, quam fuerit. Adz damnus: sed ut experientia testatur, & ex calce praecedens art. habes, liberatio ista ordine quodam in executionem mandatur, consistendo nos ipsi Christo. Quo fit, ut Christus liberaverit nos ab omni poena peccati: tam originalem quam actualis: sed nos ordine quodam, & media configuratione ad Christum, consequimur immunitatem a culpa & pena totaliter. Pro quo & respon- sione ad primum nota tertio, quod quia primus homo peccavit non solum ut singularis persona, sed etiam ut principium humanae naturae, ideo peccatum originale erat dupliciter multiplicatum: & ex ea parte, qua singularum est personarum: & ex ea parte, qua totius humanae naturae seminaliter ab Adam descendens, ut quo ad personam quidem olim per circum- cisionem, uel alio modo sacrificium, & tunc per baptismum purgatur hu-

manum genus ab originali peccato. Ad secundum autem; nec circumcisio olim, nec baptismus postea sufficit, ut patet de baptizatis baptismi Christi mortuis ante Christi passionem: nullus enim illorum liber fuit a pena clausurae regni celorum. Haec enim poena, sicut & mors corporalis ex peccato originali ut naturae est, consecuta est, & ad utramque abolendam passio Christi fuit necessaria: quamvis diversimode ab hac & illa nos eripuerit: quoniam a spirituali poena privationis divinae fructio- nis sic nos liberavit, quod statim exhibuit effectum. Et inde est, quod modo baptizati si moriuntur statim, beati sunt: beneficium siquidem hoc est, baptismi non simpliciter, sed ratione status, quo scilicet Christi passio consummata est. Et quia baptismus ad hoc institutus est, ut esset sacramentum in talis status, quamvis inchoante parum ante caperit, ideo baptismus attribuitur aperire celestem ianuam, quod praefiguratum est, cum Christo baptizato. et li-aperi sunt. Sed immortalitatis beneficium non statim exhibuit, quamvis tunc fecerit, cum mortem nostram moriendo destruxit: sed media conformitate nostra ad ipsum morientem immortalitatem longe excellentiorem illa, quae sunt in statu inchoante, nobis exhibebit in tempore resurrectionis: cum hoc etiam, quod in capite nostro, ipse scilicet Christo homine, iam immortalitatem corporis consecutus sumus per ipsam passionem. *Super Quaestiones quadragesimae nonae. Articulum sextum.* Tenuis clarus, ut sonat. In corpore duo. Primo declaratur in eo, quid importet meritum, & quo intelligatur tam in malo, quam in bono. 93. Secundo, descendit ad propositum in speciali de Christo. Quo ad primum, dicitur in communi meritum importare quandam iustitiam, non gratiae aequalitatem. Et hoc probat auctoritate Apostoli. Ubi non miseris novit, X 3

manum genus ab originali peccato. Ad secundum autem; nec circumcisio olim, nec baptismus postea sufficit, ut patet de baptizatis baptismi Christi mortuis ante Christi passionem: nullus enim illorum liber fuit a pena clausurae regni celorum. Haec enim poena, sicut & mors corporalis ex peccato originali ut naturae est, consecuta est, & ad utramque abolendam passio Christi fuit necessaria: quamvis diversimode ab hac & illa nos eripuerit: quoniam a spirituali poena privationis divinae fructio- nis sic nos liberavit, quod statim exhibuit effectum. Et inde est, quod modo baptizati si moriuntur statim, beati sunt: beneficium siquidem hoc est, baptismi non simpliciter, sed ratione status, quo scilicet Christi passio consummata est. Et quia baptismus ad hoc institutus est, ut esset sacramentum in talis status, quamvis inchoante parum ante caperit, ideo baptismus attribuitur aperire celestem ianuam, quod praefiguratum est, cum Christo baptizato. et li-aperi sunt. Sed immortalitatis beneficium non statim exhibuit, quamvis tunc fecerit, cum mortem nostram moriendo destruxit: sed media conformitate nostra ad ipsum morientem immortalitatem longe excellentiorem illa, quae sunt in statu inchoante, nobis exhibebit in tempore resurrectionis: cum hoc etiam, quod in capite nostro, ipse scilicet Christo homine, iam immortalitatem corporis consecutus sumus per ipsam passionem.

ARTICULUS VI.
Utrum Christus per suam passionem meruerit exaltari.
AD SEXTUM sic proceditur. Viderur, quod Christus per suam passionem non meruerit exaltari. Sicut enim cognitio veritatis est proprium Deo, ita & sublimitas, secundum illud Psalm. 112. Excelsus super omnes gentes dominus, & super caelos gloria eius: sed Christus, secundum quod homo, habuit cognitionem

no sit effectus passionis Christi.

Prat. Sicut legitur Matth. 3. Christo baptizato aperti sunt caeli: sed baptismus precesit passionem. ergo apertio caeli non est effectus passionis Christi.

Prat. Mich. 2. dicitur, Ascendit pandes iter ante eos: sed nihil aliud videtur esse pandere iter caeli, quam eius ianuam aperire. ergo videtur quod ianua caeli sit nobis aperta, non per passionem Christi, sed per ascensionem eius.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Heb. 10. Habemus fiduciam in introitum Sanctorum, scilicet caelestium, in sanguine Christi.

RESPON. Dicendum, quod clausio ianuae est obstaculum quodam prohibens homines ab ingressu. Prohibebantur autem homines ab ingressu regni caelestis, propter peccatum: quia sicut dicitur Isa. 35. via illa sancta uocabitur, & non tranabit per eam pollutus. Est autem duplex peccatum impediens ab ingressu regni caelestis. unum quidem commune totius humanae naturae, quod est peccatum primi parentis, & per hoc peccatum precludebatur homini aditus regni caelestis, unde legitur Gen. 3. post peccatum primi parentis, collocavit Deus cherubin, & flammeum gladium atque veritabilem, ad custodiendam viam ligni vitae. Aliud autem est peccatum speciale uniuscuiusque personae, quod per proprium actum committitur uniuscuiusque hominis. Per passionem autem Christi liberati sumus, non solum a peccato communi totius humanae naturae, & quantum ad culpam, & quantum ad reatum poenae, ipso solvente pretium pro nobis, sed etiam a peccatis propriis singulorum, qui communitant eius passionem per fidem, & charitatem & fidei sacramenta: & ideo per passionem Christi aperta est nobis ianua regni caelestis. Et hoc est quod Apostolus dicit Heb. 9. quod Christus aspiens pontifex futurorum bonorum, per proprium sanguinem introiit semel in sancta, aeterna redemptione inuenta. Et hoc figuratur Numeri 35. ubi dicitur, quod homicida manebit ibi, scilicet in ciuitate refugij, donec sacerdos magnus, qui oleo sancto unctus est,

AD SECUNDUM dicendum, quod Helias subleuatus est in caelum acreum: non autem in caelum empyreum, qui est locus sanctorum, & similiter et Enoch raptus est ad paradisum terrestrem, ubi cum Helia simul creditur uiuere usque ad aduentum Antichristi.

AD TERTIUM dicendum, quod (sicut supra dictum est) Christo baptizato aperti sunt caeli, non propter ipsum Christum, cui semper caelum paruit: sed ad significandum quod caelum aperitur baptizatis baptismi Christi, qui habet efficaciam ex passione ipsius.

AD QUARTUM dicendum, quod Christus sua passione meruit nobis introitum regni caelestis, & impedimentum remouit: sed per suam ascensionem nos, quasi in possessionem regni caelestis, introduxit. Et ideo dicitur quod ascendit pandens iter ante eos.

AD SEXTUM sic proceditur. Viderur, quod Christus per suam passionem non meruerit exaltari. Sicut enim cognitio veritatis est proprium Deo, ita & sublimitas, secundum illud Psalm. 112. Excelsus super omnes gentes dominus, & super caelos gloria eius: sed Christus, secundum quod homo, habuit cognitionem

tertiam S. Thomae.

Alia ad re- conciliandi- Deo totum- ma ge-

d. 18. m. 1. 2. 8. 3. 1. 19. 20. 1. d. 4. q. 10. 1. 20. 1. 21. 1. 22. 1. 23. 1. 24. 1. 25. 1. 26. 1. 27. 1. 28. 1. 29. 1. 30. 1. 31. 1. 32. 1. 33. 1. 34. 1. 35. 1. 36. 1. 37. 1. 38. 1. 39. 1. 40. 1. 41. 1. 42. 1. 43. 1. 44. 1. 45. 1. 46. 1. 47. 1. 48. 1. 49. 1. 50. 1. 51. 1. 52. 1. 53. 1. 54. 1. 55. 1. 56. 1. 57. 1. 58. 1. 59. 1. 60. 1. 61. 1. 62. 1. 63. 1. 64. 1. 65. 1. 66. 1. 67. 1. 68. 1. 69. 1. 70. 1. 71. 1. 72. 1. 73. 1. 74. 1. 75. 1. 76. 1. 77. 1. 78. 1. 79. 1. 80. 1. 81. 1. 82. 1. 83. 1. 84. 1. 85. 1. 86. 1. 87. 1. 88. 1. 89. 1. 90. 1. 91. 1. 92. 1. 93. 1. 94. 1. 95. 1. 96. 1. 97. 1. 98. 1. 99. 1. 100. 1.

nouit, si a merito
transit ad mercedem : quia merces merito respondet, ut primum debito.

¶ Exempla deinde meriti aequalitas secundum iustitiam exerceatur tam in malis quam in bonis, & in malis quidem rationi adiungit exemplum de iusta aequalitate circa demeritum furti, cum auctoritate sacrae Scripturae, & inde inferuntur simile, proportionatim fieri iusta aequalitatem circa meritum boni.

Q. 19. art. 4.
& q. 34. art. 2.

Epist. 16. an
2e med. to. 4.

¶ Vbi aduerte, quod in istis iustitijs interueniunt duo. l. res exterior, & voluntas interior, verbi gratia: ovis furto ablata & voluntas ducens ad furtum. Si consideretur res exterior (pura ovis duntaxat) sufficit ut ad aequalitatem iustitiae restituantur ipsa ovis: sic enim inaequalitas rei facta per furem, reduciatur ad primitivam aequalitatem, ut patet. Sed si super hoc consideretur iniqua voluntas furis (qua uoluit contempna iustitia publica, & proximi plus habere, quam sibi debetur, & propterea abstulit ouem alienam) sic ad hoc ut haec iniquitas uoluntatis iuncta operi ad aequalitatem reducatur, iustum est ut minus habeat de suo qui plus quam debebatur sibi usurpauit de alieno: & propterea pro una ablata oue reddere tenetur quatuor, vnam pro aequalitate rei extra, & tres pro aequalitate iniqui actus. Et quia tam demeritum quam meritum, principaliter consistit in uoluntate, ideo Auctor in littera tractans de merito Christi, ad aequalitatem, quae principaliter respicit actiones & passionem, quatenus sunt voluntariae, se conuertit: & tam in malis, quam in bonis iustitiae aequalitatem considerauit, prout iusta uel iniusta uoluntas minus, uel plus de sibi debetur uoluit effectum, ut patet in li

omnis ueritatis, non ex aliquo merito precedente, sed ex ipsa unione Dei & hominis: secundum illud Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiae & ueritatis, ergo neque exaltationem habuit ex merito passionis, sed ex sola unione.

¶ 2. Praet. Christus meruit sibi a primo instanti suae conceptionis, ut supra habitum est, non autem maior charitas fuit in eo tempore passionis quam ante. Cum ergo charitas sit merendi principium, uideatur quod non magis meruerit per passionem suam exaltationem quam ante.

¶ 3. Praet. Gloria corporis resultat ex gloria animae, ut Aug. * dicit in Epistola ad Dioscorum: sed Christus per passionem suam non meruit exaltationem quantum ad gloriam animae, quia anima eius fuit beata a primo instanti suae conceptionis, ergo neque etiam per passionem meruit exaltationem, quantum ad gloriam corporis.

¶ Sed contra est, quod dicitur Philip. 3. Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum.

¶ Respon. Dicendum, quod meritum importat quandam aequalitatem iustitiae, unde & Apostolus dicit Roma. 4. quod ei, qui operatur, merces imputatur secundum debitum. Cum autem aliquis ex sua iniusta uoluntate sibi attribuit plus quam sibi debeatur, iustum est ut diminuat. Et quantum ad id, quod sibi debebatur: sicut cum furatur quis unam ouem, reddet quatuor ut dicitur Exod. 22. Et hoc dicitur mereri, in quantum per hoc punitur eius iniqua uoluntas: ita etiam aliquis sibi ex iusta uoluntate subtrahit quod debebat habere, meretur ut sibi amplius superaddat, quasi merces iustae uoluntatis. & inde est, quod sicut dicitur Luc. 14. Qui se humiliat, exaltabitur. Christus autem in sua passione seipsum humiliavit infra suam dignitatem, quantum ad quatuor. Primo quidem, quantum ad passionem & mortem, cuius debitor non erat. Secundo, quantum ad locum, quia corpus eius positum est in sepulchro, & anima in inferno. Tertio, quantum ad confusionem & opprobria, quae sustinuit. Quarto, quantum ad hoc, quod est traditus humanae potestati, secundum quod ipse dicit Pilato Ioan. 19. Non haberes in me potestatem, nisi datum tibi esset a super: & ideo per suam

passionem meruit exaltationem quantum ad quatuor. Primo quidem, quantum ad resurrectionem gloriosam: unde dicitur in Psal. 138. Tu cognouisti sessionem meam, in humilitate mea: passionis, & resurrectionem meam. Secundo, quantum ad ascensionem in celum, unde dicitur Ephe. 4. Descendit primus in inferiores partes terrae, qui ante descendit, ipse est & qui ascendit super omnes caelos. Tertio, quantum ad consensum patris dextere, & manifestationem diuinitatis ipsius, secundum illud Ista. 3. 2. Exaltabitur, & sublimis erit ualde: sicut obstupuerunt super eum multi, sic in gloriosum erit inter uiros aspectus eius, ut Phil. 2. dicitur. Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut scilicet ab omnibus nominetur Deus, & omnes ei reuerentiam exhibeant sicut Deo, & hoc est quod subditur, Ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. Quarto, quantum ad iudicariam potestatem, dicitur. n. Iob. 36. Causa tua quasi imperij iudicata est, causam iudiciumque recipies.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod principium merendi est ex parte animae, corpus autem est instrumentum meritorij actus. & ideo perfectio animae Christi, quae fuit merendi principium, non debuit in eo acquiri per meritum, sicut perfectio corporis, quod fuit passionis subiectum, & per hoc fuit ipsius meriti instrumentum.

¶ Ad secundum dicendum, quod per priora merita Christus meruit exaltationem ex parte ipsius animae cuius uoluntas charitate & alijs uirtutibus informabatur: sed in passione meruit suam exaltationem per modum eiusdem recompensationis, etiam ex parte corporis: iustum est. n. ut corpus quod fuerat ex charitate passionis subiectum, acciperet recompensationem in gloria.

¶ Ad tertium dicendum, quod dispensatione quadam factum est in Christo, ut gloria animae ante passionem non redundaret ad corpus, ad hoc quod gloriam corporis honorabilius obtineret, quando eam per passionem meruisset. Gloriam autem animae differri non conueniebat, quia anima immediate uniebatur Verbo, unde decens erat, ut gloria repleatur ab ipso Verbo, sed corpus uniebatur Verbo mediante anima.

QVAESTIO L.

De morte Christi in sex articulos diuisa.

¶ Deinde considerandum est de morte Christi.

- ¶ Et circa hoc quaeruntur sex.
- ¶ Primo, Vtrum conueniens fuerit Christum mori.
- ¶ Secundo, Vtrum per mortem fuerit separata diuinitas a carne.
- ¶ Tertio, Vtrum fuerit separata diuinitas ab anima.
- ¶ Quarto, Vtrum Christus in triduo mortis fuerit homo.
- ¶ Quinto, Vtrum corpus eius fuerit idem numero uinum & mortuum.
- ¶ Sexto, Vtrum mors eius sit aliquid operata ad nostram salutem.

¶ Super Quaestiois quinquagesimae articulos primus articulus clarus est. ¶ In corpore una conclusio: Conueniens fuit Christum mori. Probatur quinque rationibus. Omnia clara sunt.

